



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 56. Polydori Virgilii opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Hunc favorem Petrus semper gratissimo Sæc. XVI.  
 recolebat animo, vixque libertati restitu- A.C. 1555.  
 tutus mox benefactorem suum Romæ  
 invisebat, ubi extremum etiam vitæ  
 diem clauserat. Hic idem ex Græco  
 in latinum idioma transtulit Theodo-  
 reti commentarios in duodecim Pro-  
 phetas minores, nec non sexdecim Ælia-  
 ni libros de Historia animalium. Para-  
 bat quoque editionem Historiæ eorum  
 omnium, quæ magis notatu, atque  
 admiratu digna ipsi videbantur, sed morte  
 præventus nonnisi Bosphori in Thracia,  
 & Constantinopolitanæ Urbis descrip-  
 tionem evulgare poterat. Fertur, quod  
 Petrus Belonus ejusdem Amanuensis, ac  
 per aliquot annos itinerum comes ma-  
 gnam eorum, quæ scripserat, partem  
 Gillio surripuerit, suoque nomine postea  
 typis ediderit.

## §. LVI.

*Polydori Virgilii opera.*

Quintus erat Polydorus Virgilius Ur- *Paul. Jov.*  
**U**bini in Italia natus, qui ab un- *in eleg.*  
 guiculis humaniorum literarum studio *cap. 145.*  
 deditus jam Anno Christi millesimo *Vossius l. 33.*  
 quadringentesimo nonagesimo quarto *de Histor.*  
 Proverbiorum collectionem ediderat,  
 circa quod tamen argumentum recen-  
 tiorum nullus operam suam impende-  
 rat. Anno sequenti publici juris fece-  
*Lat.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. U rat*

Sæc. XVI. rat opus suum latinum *de Inventoribus  
A.C. 1555. rerum* in octo libros partitum, & post-

modum in Angliam contendit, ut ibi-  
dem tributum, quod vulgo *S. Petri de-  
narius* vocabatur, Sacræ Sedi pendi-  
solitum reciperet. Postea Wellæ in eo-  
dem Regno Archidiaconus creatus An-  
no ab Incarnatione Dominica millesi-  
mo quingentesimo vigesimo sexto Lon-  
dini tractatum suum de prodigiis im-  
primi curavit. Verum ceteris omni-  
bus suis operibus palmam præripuit An-  
gliæ Historia in viginti sex libros di-  
visa, atque usque ad Henrici VII. obi-  
tum producta, quam postea Anno Christi  
millesimo quingentesimo trigesimo ter-  
tio Henrico VIII. nuncupabat, licet  
eam Angli fide minus integra conscri-  
ptam censeant. Tandem diutius in  
Anglia hærere pertæsus, cum hujus  
regni aerem suæ valetudini minus pro-  
pitium experiretur, regionem magis  
calidam inquirebat, & reliquos vitæ suæ  
dies in Italia patria sua transfigendi fa-  
cilitatem obtinuisse dicitur, nihilomi-  
nus Henricus habita ratione, quod in  
conscripta Anglicæ Nationis Historia  
nobiliorem vitæ suæ partem insumpsi-  
set, eidem beneficiorum suorum redi-  
tus percipiendi libertatem integrum re-  
liquerat. Ceterum hallucinantur illi,  
qui ad Annum Domini millesimum quin-  
gente-

gentesimum quinquagesimum quintum **Sæcul. XVI.**  
 hujus Scriptoris obitum rejiciunt; cum **A. C. 1555.**  
 certe circa Annum Christi millesimum  
 quingentesimum quadragesimum quintum,  
 aut forte adhuc citius scilicet  
 Anno millesimo quingentesimo quadra-  
 gesimo contigerit.

## §. LVII.

*Sancti Thomæ de Villanova obitus.* **Raynald**

**Q**uinto loco nequaquam silentio præ-  
 tereundus est Thomas de Villanova <sup>hoc ann.</sup>  
<sup>n. 66. Bai-</sup> *let vie des* **Saints.**  
 in quodam Toletanæ Diœcesis oppido  
 natus, ac eximio animarum studio, nec-  
 non tenero, ac in pauperes pio affectu  
 celeberrimus. Hic Compluti emenſo  
 Theologiæ curriculo ibidem Professor  
 nominatus postea trigesimo æta-  
 tis suæ anno Ordinem S. Augustini pro-  
 fitebatur, & paulo post a Carolo V. &  
 Isabella Lusitana ejus Conjuge in Au-  
 licum Verbi Divini Præconem feligebat-  
 tur, cum vero inter suos Vallisoleti,  
 Salmanticæ, & Burgi Superior, ac  
 demum Provincialis fuisset renuntiatus,  
 tandem etiam ab eodem Imperatore ad  
 Granatensem Archiepiscopatum fuit  
 nominatus, quem tamen acceptare om-  
 nino recusabat. Paulo post vacante  
 Valentiana Sede a Carolo V. ad hunc  
 Episcopatum vocabatur quidam Ordi-  
 nis S. Hieronymi Religiosus, præter

U 2 men-